

risse credatur? Sed bene dicitur *Primogenitus*, quamvis solus probetur ex Patris substantia genitus.<sup>1</sup>

PL  
70, 915  
\*916

Ps. CXXII, 3. [...] Subiecit *donec misereatur nobis*, ut ostenderet, sive \*feminas, sive masculos sub patientia debere beneficia divina perquirere et ei iugiter supplicare. Istud autem, *donec*, in Scripturis divinis homonymum est; interdum quippe significat aliquid temporaliter agi, interdum, semper. Temporaliter, ut est illud in psalmo centesimo nono: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*.<sup>2</sup> Semper autem significat, ut praesens psalmus declarat, *donec misereatur nobis*, quasi vero oculi nostri in manibus eius esse non debeant, etiam postquam nobis fuerit misertus. Tale est et illud Evangelii: *Non cognovit eam, donec peperit filium suum primogenitum*,<sup>3</sup> quam constat virum nullo tempore cognovisse. Quapropter, *donec* merito hic semper advertitur, quamvis temporaliter dictum esse videatur. Quod locutionis genus inter divinae propriae Scripturae enumerandum est.<sup>4</sup>

1600

## S. GREGORIUS Antiochenus († 593)

### HOMILIA IN SANCTA THEOPHANIA <sup>5</sup>

PG  
10, 1181

Homilia IV. [...] « Ἐγὼ χρεῖαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρὸς μέ; » Ἐγὼ γεννηθεὶς, τῆς γεννησάσης [ἄλ. γεννησαμένης] με μητρὸς τὴν στειρώσιν ἔλυσα· καὶ βρέφος ὢν ἔτι, γέγονα τῆς ἀφωνίας τοῦ πατρὸς μου ἰατρός, παρὰ σοῦ λαβὼν ἐκ παιδὸς τὴν χάριν τοῦ θαύματος. Σὺ δὲ τέχθεις ἐκ τῆς Παρθένου Μαρίας, ὡς ἠθέλησας, καὶ ὡς σὺ μόνος ἐπίστασαι,

1601

PG  
10, 1182

Homilia IV. [...] *Ego a te baptizari debeo, et tu venis ad me?* <sup>6</sup> Ego natus, matris quae me peperit, sterilitatem solvi; et infans cum adhuc essem, taciturnitati patris mei medicinam adhibui, a te puer miraculi gratiam accipiens. Tu vero, ex Maria natus Virgine,

1601

<sup>1</sup> CCL XCVII, 812.

<sup>2</sup> Ps. CIX, 1.

<sup>3</sup> Matth. I, 25.

<sup>4</sup> CCL XCVII, 1157.

<sup>5</sup> Exstat inter op. dubia S. Gregorii Thaum., sed *haud dubie* est *Gregorii Antiocheni*. Eadem Homilia inventa est ab A. Mai (latine tantum exarata) qui eam vindicavit suo auctori, scilicet *Gregorio Antiocheno*. Cf. *Monitum* in PG 88, 1865, et Lau. 157, 169.

<sup>6</sup> Matth. III, 14.

• PL 70, 18, 39, 70, 78, 147, 160, 204, 248, 410, 417, 454, 467, 481, 506, 515, 541, 549, 584, 589, 616, 622, 695, 746, 792, 793, 796, 798, 816, 882, 899, 941, 983.

οὐκ ἔλυσας τὴν παρθενίαν αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐφρούρησας, καὶ τῆς μη-  
τρὸς αὐτῆ τὴν προσηγορίαν δεδώρησαι· καὶ οὔτε ἡ παρθενία τὸν σὸν τόκον  
ἐκώλυσεν, οὔτε ὁ τόκος τὴν παρθενίαν ἐλυμήνατο· ἀλλὰ συνέδραμον ἐναν-  
τιώτατα πράγματα, τόκος καὶ παρθενία πρὸς μίαν ὁμόνοιαν· ἐπειδὴ τοῦτο  
[ἄλ. οὔτω] πάρεστί σοι τῷ πλαστῇ τῆς φύσεως. [...] \* Δάνεισόν μοι, Βα- \*1185  
πτιστά, πρὸς τὴν παροῦσαν οἰκονομίαν, τὴν σὴν δεξιάν, ὡς ἐδάνεισέ μοι πρὸς  
τὴν γέννησιν τὴν νηδὺν ἡ Μαρία. Κατάδυσόν με τοῖς Ἰορδάνου ῥεῖθροις,  
καθάπερ ἡ γεννήσασα τοῖς παιδικοῖς \* σπαργάνοις ἐνείλισσε. Δός μοι τὸ \*1188  
βάπτισμα, ὡς ἡ Παρθένος τὸ γάλα. [...] Καὶ αὐτὸς οὐρανόθεν ἐπιβοᾷ φαιδρῶς λέ-  
γων· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός ». Ἐκεῖνος ὁ Ἰησοῦς, οὐχ ὁ Ἰωάν-  
νης· ὁ βαπτισθεὶς, οὐχ ὁ βαπτίσας· ὁ ἐξ ἐμοῦ γεννηθεὶς, πρὸ πάντος χρονι-  
κοῦ διαστήματος, οὐχ ὁ ἐκ Ζαχαρίου· ὁ ἐκ τῆς Μαρίας γεννηθεὶς κατὰ σάρκα,  
οὐχ ὁ ἐκ τῆς Ἐλισάβετ φανείς παρ' ἐλπίδα· ὁ τῆς μὴ λυθείσης παρθενίας  
ἀγεώργητος καρπός, οὐχ ὁ ἐκ τῆς λυθείσης στειρώσεως, κλάδος· ὁ μεθ' ὑμῶν  
ἀναστραφεὶς, οὐχ ὁ ἐν τῇ ἐρήμῳ τραφεὶς. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπη-  
τός, ἐν ᾧ ἠδδόκησα »· Υἱὸς ὁμοούσιος, οὐχ ἑτεροούσιος· ὁμοούσιος ἐμοὶ κατὰ  
τὸ ἀόρατον, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν κατὰ τὸ ὁρώμενον, χωρὶς ἀμαρτίας. Οὗτός

ut voluisti, et sicut tu solus nosti, non solvisti virginitatem eius; sed  
et hanc custodisti, et ipsam matris appellatione donasti; et neque  
tuum partum impedivit virginitas, neque virginitatem laesit partus;  
sed concurrerunt res repugnantissimae, partus atque virginitas, in  
unum foedus: quoniam hoc tibi naturae conditori promptum est [*al.*  
sic tibi naturae auctori visum est] ac facile. [...] \* Commoda mihi, \*1186  
Baptista, ad praesentem dispensationem, dexteram tuam; ut mihi  
ad generationem commodavit suum uterum Maria. Immerge me  
fluentis Iordanis, sicut quae me genuit infantilibus \* involvit fasciis. \*1187  
Confer mihi baptismum, sicut Virgo lac praebuit. [...] Et ipse coelitus  
inclamat, clare dicens: *Hic est Filius meus dilectus*:<sup>1</sup> ille Iesus, non  
Ioannes; qui baptizatus est, non qui baptizavit; qui ex me genitus  
est ante omne temporale spatium, non qui ex Zacharia; qui ex Maria  
natus est secundum carnem, non qui ex Elisabeth praeter spem ap-  
paruit; qui non laesa virginitate, nullaque humana cultura praevia,  
prodiit fructus; non qui ex soluta sterilitate productus est ramus;  
qui vobiscum conversatus est, non qui in deserto educatus. *Hic est  
Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: Filius consubstantialis,  
non alterius substantiae; consubstantialis mihi, in eo quod a vobis  
non cernitur; et consubstantialis vobis, in eo quod a vobis videtur,

<sup>1</sup> Matth. XVII, 5.

ἔστιν, ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον. « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ἠυδόκησα ». Οὐκ ἄλλος ἐστὶν οὗτος ὁ ἐμὸς Υἱός, καὶ ἄλλος ὁ Μαρίας υἱός· ἀλλ' « οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός », ὁ βλεπόμενος καὶ νοούμενος.

## ORATIO IN MULIERES UNGUENTIFERAS

PG  
88, 1860

X. [...] Ὡσπερ γὰρ ἐγεννήθη τῶν τῆς παρθενίας θυρῶν κεκλεισμένων, οὕτως ἀνέστη κεκλεισμένου τοῦ τάφου· καὶ ὥσπερ ἐγένετο πρωτότοκος ἐκ μητρὸς ὁ μονογενὴς Υἱός τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἐγένετο πρωτότοκος ἀναστάς ἐκ νεκρῶν. Ὡσπερ οὖν οὐκ ἔλυσε τὴν παρθενίαν τῆς Παρθένου μητρὸς γεννηθεὶς, οὕτως οὐκ ἔλυσε τὰ σήμαντρα τοῦ \* μνήματος, ἀναστάς. Οὔτε οὖν τὸν τόκον αὐτοῦ δύναμαι λόγῳ περιλαβεῖν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ μνήματος δρόμον ἰσχύῳ καταλαβεῖν.

1602

PG  
88, 1859

sine peccato. Hic est, qui mecum formavit hominem. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non alius est hic meus Filius, et alius Mariae filius; at *hic est Filius meus dilectus*, qui et oculis cernitur, et mente intelligitur.

X. [...] Quemadmodum enim natus est clausis virginalibus claustris, ita et resurrexit clauso sepulcro: ac sicut unigenitus Dei Filius, primogenitus factus est ex matre, ita resurgens, factus est primogenitus ex mortuis.<sup>1</sup> Sicut ergo natus, haudquaquam matris Virginis virginitatem solvit; ita nec resurgens solvit \* signacula sepulcri. Neque igitur partum eius sermone complecti possum, neque eius e monumento valeo comprehendere cursum.

1602

\*1862

## S. GREGORIUS Turonensis (538 † 594)

## HISTORIA ECCLESIASTICA FRANCORUM (591)

PL  
71, 162

Lib. I, Prologus. [...] Credo beatam Mariam, ut virginem ante partum, ita virginem et post partum.

1603

## LIBRI MIRACULORUM

PL  
71, 708

Lib. I, cap. IV. Post admirabilem igitur dominicae ascensionis gloriam, quae, contrito diabolicae malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda coelestia animavit, sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri cum beata Maria matre eius, in unam congregati domum, omnia ponebant in medio: nec quisquam suum aliquid esse dicebat; sed unusquisque cuncta possidebat in caritate,

1604

<sup>1</sup> Coloss. I, 16.